



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio XXXV. Exemptus à Jurisdictione ordinarii, quando pendente
controversia super exemptione, non debeat privari aut turbari in ejus
possessione, & quando econtra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO XXXV.

Exemptus à Jurisdictione ordinarii, quando pendente controversia super exemptione, non debeat privari aut turbari in ejus possessione, & quando e contra.

R.P.D. PIROVANO.

Brixinen. Jurisdictionis.

Luna 11. Decembris 1634.

Est in recens. decis. 166. par. 5.

SUMMARIUM.

- 1 Exempto à Jurisdictione Episcopi non est deneganda manutentio, si doceat de titulo exemptionis, & possessionem probet.
 - 2 Exemptus si sit manutentendus adversus ordinarii jurisdictionem, quando exhibetur titulus, & possessio probatur, debet doceri de possessione quadragenaria.
 - 3 Exempto denegatur manutentio adversus ordinarii jurisdictionem, data impossibilitate probationis, praescriptionis, quadragenaria possessionis.
 - 4 Exemptus si excipiat contra exemptionem à Jurisdictione ordinarii, exhibendo titulum, qui egeat probatione praescriptionis, & sic quadragenaria possessione, & tunc si destinatur tali possibili probatione, non est manutentendus.
 - 5 Exemptus, si excipiendo adversus ordinarii jurisdictionem, producat titulum ex se habilem, & sufficientem, est manutentendus, licet non doceat de possessione.
 - 6 Fratres Servite, & omnes Sorores Mantellata, Pizocheza oblata, & Tertiaria nuncupata, eximuntur à Jurisdictione ordinarii, & subiciuntur Generali, & Superiori.
- Ei immediate sub protectione Sedis Apostolica recipiuntur, ut patet ex Constitutionibus Urbani VI. & Innocentii VIII. num. 6. & 17.

X 7 Ex-

- 7. Exemptus à Jurisdictione ordinaria quis est, si sit receptus sub protectione Sedis Apostolicae.
- 8. Religionum diversitas ex quibus deducatur. § num. 10.
- 9. Gemin. consil. 41. num. 1. & Anchar. cons. 321. num. 1. intellectus.
- 11. Superiori obedientia prestata, ubi non agitur de Religione expresse approbata, nec in manibus habentis facultatem incorporandi in Religionem, non importat exemptionem ab ordinario stante exemptione à Religione.
- 12. Pape approbatio sola est, quae potest mere à Jurisdictione ordinaria.
- 13. Exemptionis quasi possessionem, ut acquirat, requiritur scientia, & assensu Episcopi.
- 14. Titulum, si quis habeat ad aliquid sciendum, non requiritur assensu & patientia adversarii.
- 15. In summarissimo judicio, attenditur tantum nudum factum.
- 16. Monachorum, & monialium exemptio ad quos spectet.

Conclusum fuit standum esse in decisio sub die 9. Junii praeteriti, quia Religio-
 morum Pontificum, & possessionem probat ex actibus in sumario dicitur
 cum quibus pendente judicio super exemptione, non debet privari, aut turbari
 ejus possessione, secundum dispositionem secundae partis, cum persona de proclat.
 Non obstat, quod inhærendo etiam declarationi Regulæ dicti cap. cum persona
 2. si inferior sit manutenendus adversus ordinarii jurisdictionem, quando exhibetur
 titulus, & probatur possessio. Seraph. decis. 1278. in fin. Roia. decis. 491. num. 4. 685. num.
 2. par. 1. §. 382. num. 5. par. 2. recent. cum aliis allegatis in prima decisione; attamen, quae
 pro parte fratrum docetur de possessione, quae tempus quadraginta annorum ab-
 que controversia attingere non potest, ex quo erectio domus, de qua agitur, contigit
 de anno 1612. dicebatur semper deficere possessionem ex dispositione ejusdem Ca-
 pituli cum persona, & fundatam remanere intentionem ordinarii in sola juris al-
 3. sententiâ, datâ impossibilitate probationis quadragenariae prescriptionis, prout in con-
 simili casu dicitur consideratum in Sutrina dispensatione coram D. meo. Dicitur in
 eius impressis 106.

Quia cum distinctione responderunt Domini, quod aut inferior excipiendi
 4. contra exemptionem à Jurisdictione ordinarii exhibet titulum, & talem, qui eget
 probatione prescriptionis, & sic possessione quadraginta annorum, & tunc si deli-
 ruatur possibili probatione, quia remanet cum solo titulo colorato & minus apto
 ad obtinendum in petitorio, difficultas est relevans, aut inferior exhibet titulum
 5. ex se aptum, & sufficientem, & tunc possessio destituta possibili probatione quadra-
 genariae non impedit mantentionem inferioris, ut bene se declarat Text. cap. cum
 persona in ultimis verbis, nam si sufficit titulus, multo magis si concurrat possessio Re-
 ligionis,

gionis, in quibus terminis non dissentit decisio supra allegata Sutrina Invispatronatus. Titulum autem per Religionem exhibitum esse sufficientem Domini existimant, quando quidem illum deducunt ex constitutionibus & privilegiis summorum Pontificum, ut in primâ decisione fuit firmatum, nempe Urbani VI. & Innocentii VIII, in quibus & fratres Servitarum, & omnes sorores Mantellatae, Pizochezae, & Tertiariae nuncupatae, eximuntur à Jurisdictione ordinarii & subjectione Generali, & Superiori ordinis, & immediatè sub protectione sedis Apostolicae recipiuntur; unde cum istae mulieres sint de genere tertii Ordinis, sive ex unâ specie, quia Mantellatae; semper sub suo genere tertii Ordinis comprehenduntur, & sic privilegiis exemptionum gaudent, tanquam receptae sub protectione sedis Apostolicae, cap. ex parte il primo de privil. cap. si Papa eod. titulo in 6. cap. cum tempore, de arbitrio cum aliis in eadem decisione allegatis.

Non obstat, quod mulieres hujus domus, non sunt de gremio ordinis Servitarum, ex quo non sunt Mantellatae, neque Pizochezae, aut oblate, nec Tertiariae, sed constituant tertiam speciem, cum utantur diverso habitu, & vivant juxta proprias constitutiones à Paulo V. approbatas, habeant diversum nomen, atque diversum modum profitendi; Ex quibus omnibus distinguitur diversitas Religionis, Geminae Regulatae; Quia Geminianus & Ancharanus allegati, bene se explicant distinguendo species Regulatum; quidam enim sunt verè Religiosi, & habent de necessitate, & dispositione personam à capite usque ad talos, & in his non licet alicui professo talem habitum transformare, quia videtur, quasi de substantiâ suâ Religionis secundum Glossam in vers. vel habitus in clemem. r. de elect. quidam autem vocantur Fratres de Penitentia tertii Ordinis, qui potius quemdam modum vivendi à Papa approbatum dicuntur habere, quam Regulam, & isti propter aliqua signa habitus, non recipiunt diversum nomen, aut diversam Regulam à Tertiariis, sed tantummodo tenentur parere suo superiori, & observare contenta in eorum modo vivendi, & de istis propriè agitur, quae obtinuerunt à Paulo V. approbari habitum, & modum vivendi, & ad effectum quod intrent privilegia videndum est, an sint subiectae Superiori Generali Fratrum Servitarum, quod visum fuit non posse dubitari ex tenore constitutionum, quae ab eodem Paulo V. fuerunt approbatæ, quia veniunt in Sacello, aut Oratorio domus; Patris Generali offeruntur, professio emittitur in manibus Superiorum Fratrum Servitarum, punitio incorrigibilium mandatur fieri assentientibus Generali, seu Vicario, & Subpriorissa, & dispensatio circa Jejunia, & abstinencias remittitur Generali, seu Vicario, & Subpriorissa, unde cum prædicta inferant ad subjectionem, & jurisdictionem Servitarum, semper intant privilegia exemptionum.

11 Non obstat, quod obedientia superiori praestita ubi non agitur de religione expressè approbata, nec in manibus habentis facultatem incorporandi in religionem non importet exemptionem ab ordinario Navarr. conf. 6. nu. 22. de stat. Monach. Sanchez. super decal. lib. 5. cap. 1. numer. 19.

12 Quia si approbatio Papae non concurrat, quae sola potest eximere à Jurisdictione ordinarii, Cassad. dec. 6. 6. de privi. Gabr. de iudic. conclus. 4. num. 31. Gonzales reg. de mens. Gloss. 56. numer. 18. voluntaria promissio obedientiae superiori servituti non eximeret à Jurisdictione; Carterum quia supervenit, & modusearum vivendi subjectivè ad superiores servitas fuit approbatus, inde privilegia exemptionis videntur, quibus si juvantur P. z. cheza, & oblata, quae non emittunt professionem solennem, multò magis mulieres hujus domus gaudere debent, quae se obligaverunt obedientiam, & castitatem, & in perfectiori statu positae sunt.

Non obstant, quae replicantur contra actus possessorios in prima decisione ponderatos.

Quia quoad veritatem facti impugnari non possunt, nam ex actibus datis bene justificatur visitationes, ordinationes, votorum emissiones in manibus superiorum, & confirmationes officialium.

Non obstat, quod etiam si Fratres servituti, aliquos actus in ista domo exercuerint, non tamen quasi possessionem exemptionis acquirunt, non docto de licentia & acquiescentia Episcopi l. 2. c. de servit. Rota decis. 109. numer. 11. par. 2. decis. 382. numer. 3. par. 2. recent.

14 Quia attenta approbatione Apostolica quoad modum vivendi, & vivendi, & subjectionis, cum qua intrantalia privilegia Religionis, ex quibus delinuntur titulus, non requiritur neque scientia, neque acquiescentia Episcopi. Castron. in l. servitus numer. 9. ff. de servit. Covarr. in cap. possessor. §. initium numer. 8. vestitus textus. Cepol. de servit. Urb. praed. cap. 20. numer. 5. & eo minus proxi-
15 praesenti, ubi tractatur de summatissim. retinenda, & agitur de nudo facto, Rota decis. 17. numer. 7. par. 2. decis. 685. numer. 4. par. 1. recent. & coram sanc. mem. Greg. XV. decis. 249. numer. 10. & 283. numer. 3. per Adde.

Demum non urgent, quae dicuntur de admissione ad habitum ex receptione votorum, quasi isti actus non relevant ad acquirendam exemptionem, dum Episcopus non pretendat habere jurisdictionem, ex quo nedum ex constitutionibus particularibus hujus domus, sed etiam de jure communi receptio Monachorum, & Monialium, spectat ad ipsos Regulares, & in eorum manibus vota emittuntur, quia possunt aggregare Religionem, cap. fin. de reg. in 6. Lapsus alleg. 31. Sanchez. super Decalog. lib. 5. cap. 4. numer. 78. Navarr. conf. 6. numer. 20. de stat. Monach. distinguens actus superioritatis ab actibus jurisdictionis.

Quia et si praedicti actus possent considerari indifferentes, quando emanant

sent sine auctoritate Apostolica, & non apti ad acquirendam exemptionem, attrahendi ubi precedit approbatio sancti. mem. Pauli V. circa habitum, & modum vivendi cum subiectione Patris Generalis Servitarum, exinde intrant constitutiones Urbani, & Innocentii super exemptione mulierum, fororum, quocunque nomine nuncupentur, & illi a casu subiectionis per Papam certæ Religionis indulgentiam eximunt, quibus præceptis §. quia præcipitur 14. q. 1.
Et ita fuit resolutum utraque.

Ad. Quæst. 8. *Additio.*

Jurisdictionis ordinarii per totam diocæsim juris præsumptione extenditur: hæc regula ampliat, ut non tantum Episcopus fundat intentionem suam in quavis parte diocæsis jam ab antiquo constituta, sed etiam in quavis parte diocæsis de novo erectæ, quamvis aliqua illarum partium antea sub nullo Episcopo fuisset. Ita enim in facto, cum ecclesia Burgi S. Sepulchri fuisset erecta in Cathedralem per Leonem X. & inter alia pro diocæsi illius fuisset assignatum castrum de Balneo una cum suis Ecclesiis, exinde cepit Episcopus fundare intentionem suam etiam quoad Abbatiam S. Mariæ de Balneo, quæ antea nullius diocæsis fuerat. Refert *Fagnan. in cap. cum dilectus numer. 20. de relig. dom.* Item postea quam Sixtus V. Ecclesiam Laureranam erexit in Episcopalem, quærebatur, num sancta Capella in d. Ecclesia existens, eo ipso jurisdictioni Episcopi censeretur subiecta, non obstante quod ipsa specialem protectorem haberet, cujus cura in omnibus supponeretur? & responsum fuit censi Episcopo suppositam, quoad jurisdictionem spiritualement, remanente potestate protectoris quoad administrationem, & quædam alia jura particularia, ut in *decis. 686. & 697. part. 4. recent. tom. 3.*

Et similiter si populus & clerus unius diocæsis propriâ auctoritate se transferat ad locum alterius diocæsis, subicitur Episcopo illius diocæsis ad quam transferatur, uti plene decisum extat in *Rot. decis. 153. num. 8. & seqq. par. 11. recent. qua de re infra part. 3. quæst. 21.*

Declaratur regula, quia Episcopus ante omnia debet docere loca illa, in quibus intentionem suam fundare prætendit, esse intra fines suæ diocæsis, quia assistentia juris communis non intrat nisi probatâ existentia intra limites. Ut dixit *Rota coram Seraphino decis. 1278.* & idem practica est, quam refert *Fagnanus in cap. cum dilectus numer. 16. de relig. domib.* ut Episcopi in Rota prius probent existentiam intra fines, eaque probatâ adeant Sac. Congregationem Concilii, & obtineant declar.